


trouersis immunitatis ecclesiasticae, occasione Vicariatus Generalis in patria, adeo ut casui mea curialitas referenda sit, praeter intentionem assumendi hanc pessimam occupationem, quam dedit Deus filius hominum.

Admirationem aliqui non bene informari concipiunt, quod Aduocati, vel Procuratores classici, & famosi, iuxta aliorum principatum stylum, non frequenter ad 135 maiora munera, maioresq; gradus promoueantur; Verum admiratio effectus est imperitiae; Vbilibet etenim literatorum duæ sunt classes, vel duo sunt insimul connexi ordines; Vnus scilicet Magistratum; Iter vero Aduoca torum; Ideoque ad Magistratum loca vacantia, ex alio Aduocatorum ordine assumere oportet; Secus verò est in Curia, dum quatuor sunt literatorum, & rogatorum ordines; Primus nempè Magistratum maiori; Secundus Prælatorum, qui cum magna propriæris erogatione, in Nuntiatulis, & Gubernijs, alijsque Sedis Apostolicæ muneribus, ac seruitio diu versantur, ac merentur; Tertius est Aduocatorum, & Procuratorum; Et quartus Aulicorum, ac aliorum ut supra; Ideoque post primum ordinem, succedit secundus Prælatorum, qui dignorem occupat locum, & per consequens non mirum, si rara est assumptione, vel euocatio eorum qui sunt in tertio & quarto; Ac etiam quia electio Principatus qualitas frequenter operatur verificationem parabolæ Euangelij, quod sunt nouissimi primi, & primi nouissimi.



### De Notariis; Et remissiæ de alijs pertinentibus ad Curiam Romanam.

#### S V M M A R I V M

- 1 **D**e duplicitate Notariorum priuitorum, & illorum qui habeant in officium.
- 2 **Q**uod Notariorum priuatorum usus in Curia sit modicus.
- 3 **D**e substitutis, & adiutoribus Notariorum habentium officium.
- 4 **Q**uod isti substituti debeant esse Notarii, & quid si non sint tales.
- 5 **A**n Sacra Congregationes adhibeant Notarium.
- 6 **D**e Notariis Rotæ.
- 7 **D**e Notariis Cameræ.
- 8 **D**e illis Auditoris Cameræ.
- 9 **D**e Notariis Vicarij & Gubernatoris, & presertim de Notario criminali Gubernatoris.
- 10 **D**e Capitoliniis.
- 11 **D**e Notario Archivij, & de alijs singulis aliquorum Tribunalium.
- 12 **D**e recusationibus Notariorum, vel questionibus super pertinentia causarum.
- 13 **A**n Procuratores, & Sollicitatores tenetur de proprio ad solutionem emolumotorum pro actis & expeditionibus.
- 14 **E**molumenta Notariorum habent suas taxas.
- 15 **D**e fide que praestatur Notariis Curiae presertim Auditoris Cameræ.
- 16 **D**e huiusmodi officiorum venalitate, vacante, & pertinentia.
- 17 **D**e materiis criminalibus, & canonizationibus Sanctorum quare non agatur.
- 18 **D**e alijs generalitatibus ad materiam Curiae ceremonialis, vel aulicæ, sive politicae.

#### D I S C . XLVII.

- Ltræ illos adeo qualificatos Curiae Notarios, qui in Prælature statu constituti sunt, Prothonotarius Apostolici de numero participantium appellati, numeratum Collegium constituentes, ut supra in rubrica plurium Collegio.

#### D I S C V R S V S X L V I I .

legiorum habetur; Magnus in Curia adeo numerus Notariorum, qui sunt de duplice specie; Una siquidem est eorum, qui priuato iure ob aliquam peritiam conficiendis instrumentis, huic professioni se addicunt, obtinentes priuilegium, sive facultatem à Collegio scriptorū Archivij, siue ab altero Prothonotarij, aut ab alijs, quibus talis facultas competit, nullum habentes officium publicum; Altera vero est species illorum Notariorum, qui habeant notariatum in officium publicum, à Principe collatum, siue ab eo, ad quem respectuè istud ius pertineat, cum vtraque facultate illa scilicet, quam habent quoque superius recensiti Notarii priuati, se rogandi de instrumentis super actibus voluntarijs, inter viuos, vel per ultimam voluntatem; Et altera actorum iudicialium in causis contentiosis, quæ agantur coram illis Iudicibus, & Tribunalibus, quorum ipsi sunt Notarii.

Quamvis autem de prima specie, magnus in Curia numerus adsit, in habitu, sive in potentia; Rarus tamen in actu, sive in exercitio est eorum usus, adeo ut 2 non dignoscantur illi priuati Notarii, qui ob eorum peritiam, probataque fidem, per quandam speciem apothecæ, publicè expositi sint, magnaq; conficiant prothocolla, atq; notabiles parēt diuinitias, ex sola ratione huius priuati exercitij, priuatæque peritiae, ut in alijs, presertim Italiæ Ciuitatibus, praxis docet, quoniam ob maiorem diligentiam, & securitatem in conseruatione scripturarum publicorum officiorum venalium, Partes huiusmodi Notarii publicis vtuntur; Ideoque priuatorum Notariorum exercitium versatur, in munere substituti, vel adiutoris Notariorum publicorum, habentium notariatum in officium, iuxta distributa munera, quod scilicet; Alij sunt substituti in iudicialibus actis singulorum Iudicium illius Tribunalis; Et alij sunt substituti, qui Instrumentantes appellantur, ut potè à Notario in capite huic muneri particulariter præpositi ad effectu le rogandi de instrumentis publicis, quæ fiant super actibus voluntarijs, inter viuos, vel per ultimam voluntatem.

Siquidè de iuris censura, & ad præscrip-

tum Constitutionum Apostolicarum, quamvis isti substituti, vel adiutores, qui iuuenes quoque appellari solent, instrumenta conficiant, sub nomine ipsius Notarij in capite eorum domini, qui subscribit instrumenta, quæ in publicam formâ reassumantur Partibus tradenda; Adhuc Notarij quoque esse debent.

Bene verum, quod quandoque casus præbet, vt ipse non sint tales, & tamen adhuc ex quadam consuetudine substituentur actus pereos confecti seu rogati, ut potè habendi tanquam rogati per ipsos principales Notarios, qui malè quidem agunt, atq; punitione forsitan digni sunt, non obseruando leges defuper præscriptas; Sed id præjudicare non debet Partibus, quæ bona fide, ad id assumant illum, quem in publico, ac probato officio, vident publicè expositum, sive huic muneri præpositum; Durum etenim, atque impracticabile esset, vt qui contratus, vel testamenta ordinare velint, in quolibet actu perquirere debeant notariatum iuuenis substituti, dum non istius sed publici Notarij principalis habentis officium à Principe, fidem sequuntur, sub qua elusi remanerent; Tunc etenim partibus imputandum est, cur non bene inquisierint facultates illius, quem elegunt pro illo actu conficiendo, quando elegissent personam priuatam, seu Notarium de prima specie, vtsu præ, secus autem isto casu, in quo publicam fidem sequi dicuntur, ut alibi particulariter aduertitur. A

Plures autem sunt huiusmodi publicorum Notariorum species, iuxta diuersas species Tribunalium, & Magistratum; Si quidem Sacra Congregationes Cardinalium, cum explicit negotia in forma extra judiciali, certos non habent Notarios; Et quando contingat, vt illum adhibere oporteat, quia sic alicuius negotij qualitas exigat, tunc assumi solet aliquis ex publicis Notarijs, pro libito; Atque pro frequentiori praxi, assumi solet ille Notarius Auditoris Cameræ, vel alterius Tribunalis, quo tunc viatur Palatium, Apostolicum pro libito Papæ regnantis, vel eius palatij Praefecti, cum patriter non adsit officium fixum; Præcate-

254

## RELATIO ROM. CVR. FORENSIS

ris autem S. Congregatio Rituum habet. re solet Notarium, quem ita pariter pro libito assumit, quoniam Tribunalia contentiosa tantum, habent fixa, & determinata officia Notariorum.

Tribunal itaque Rotæ, ex quadam antiqua consuetudine, ita forte in illis temporibus causarum multiplicitate exigente, magnum habebat numerum, quadriginta, & octo Notariorum, qui inter Auditores distributi erant, quod scilicet quilibet Auditor quatuor Notarios sub se haberet, pro causis coram eo pendentibus; Hodie vero, ob modernam reformationem sub Clemente X. regnante sequutam, sunt quatuor tantum, quorum singuli, pro numero, & qualitate causarū, necessarios, vel oportunos habent Adiutores, vel substitutos, cum distributa pertinentia prouisionis huiusmodi quatuor officiorum; Quorum unum est ad prouisionem Papæ; Alterum Vicecancellarij; Tertium Camerarij; Et quartum ipsius Rotæ, distributa participatione emolumentorum, iuxta quendam practicum stylum.

Alterum Tribunal Cameræ, habebat nouem Notarios, ad quos pertinebat, nō solum agere negotia, seu acta iudicialia, dicti Tribunalis, & Thesaurarij, sed etiā fogare instrumenta appaltuum, aliorum, que negotiorum; Ac etiam super consensibus, que præstentur, vel super obligacionibus, que sunt in Dataria, & Cancellaria Apostolica, super resignationibus, vel permutationibus, aut super pensionibus & alijs; Sed pariter ex eadem moderna reformatione, redacti sunt ad quatuor, quibus Secretariorū nomen tribuitur; Istique explicant omnia, que explicabat dicti nouem, cum perceptione omnium emolumentorum, competentem pariter numerum habentes substitutorum, seu adiutorum, & operariorum.

Continuat adhuc in antiquo solito statu, Collegium Notariorum Auditoris Cameræ, constitutum ex decem Notariis, quorum singuli, quoddam collegium substitutorum, & adiutorum, constituerentur, habendo scilicet quatuor substitutos, pro actibus iudicialibus, unum pro quolibet ex tribus Locutentibus, cuiibus, & criminali respectu, & unum pro ipso met Auditori, utrumque unum, vel plures pro rogatis.

actuum voluntariorum, inter viuos, vel per ultimam voluntatem; Ultra alios, operarios, pro extractibus, vel registris citationum, alijsq; inferioribus officijs, ita ad formam bene regulati Collegij, vel Conuentus, viuendo in eadem domo, & in eadem mensa ipsius Notarii.

Vicarij Tribunal, cum eodem ordine, plurium substitutorum, & Instrumentarium vtilupra, quatuor habet Notarios; Gubernator autem tres habet Notarios distinctos, duos scilicet in ciuilibus, pro illis causis, quae eius Locutentens ciuilis cognoscit, & quandoque (sed nimium raro) per se ipsum, & unum criminalem, qui magnum habet substitutorum & adiutorum numerum; Prudensque consilium est, vt hæc negotia criminalia, per unius benè versati Notarij organū transcant, cum ita pro publica quiete melius regantur; Atque in isto Notario potissimum, verificari videtur solitum dieterium, quod Notarius est oculus iudicis, dum Gubernatores pro tempore, præsertim circa initia suscepit gubernij, priusquam benè instruantur, magnum lumen, ac directionem ab isto Notario tanquam versato, ac bene experto pro frequentiori praxi recipere solet.

Forus Capitulinus magnum habet numerum Notariorum ciuilium, qui per singulas Vrbis regiones distributi sunt, cum alia distributione inter eiusdem fori iudices, quoniam, Alij sunt Notarij, primi; Et alij secundi Collateralis; Unus particularis Capitanei appellationum; Et alter maleficiorum, qui Notarius criminalis appellatur.

Plures item adsunt Notarij singulares, pro diversitate iudicium; Ille scilicet qui deputatur per Collegium scriptorum Archivij, à quo nomen desumit, ideoque Notarius Archivij appellatur, qui est Notarius generalis iudicium cōmissariorum, idest illarum causarum ciuilium, vel extra, que per commissiones directas singulis Prelatis aguntur.

Alter est Notarius Aedilium, seu Magistrorum viarum; Alter Consulum agriculturæ; Alter Ripettæ; Alter Ripæ; Et alter deputatus à Vicario, pro causis, & negotijs Hebræorum, propè ipsorum ghettum, cum plerique alijs, pro aliquibus iudicibus, vel negotijs particularibus.

Inter istos Notarios respectuē, etiam inter illos eiusdem Tribunalis, & præfertim illius Auditoris Cameræ, que stiones habentur, etiam in plena Signatura disputari solitæ, super pertinentia causarum, ratione præventionis, ac etiā super recusatione, que de Notario præueniente fiat per unam Partium, ex capite suspicione, vnde propterea pro singulorum casuum qualitate, & circumstantijs; Quandoque recusatio recte solet; Quandoque simpliciter admittit; Et quandoque negotium remitti Mensario, qui est ille Notarius, qui in eo mense per turnum faciat figuram Praefecti, seu Capitis Collegij Notariorum illius Tribunalis; Et quandoque deputatur alter Notarius, qui conficiat acta, commodum, autem emolumentorum sit illius Notarij recusati, qui causam legitimè præuenit, ne in libito unius Partiū sit, colludendo cum altero Notario, tollere ius illi, cui iam quæsum est.

Audiri etiam solent quæstiones, inter Notarios, & Procuratores, vel follicitatores, an scilicet, & quando isti teneantur pro principalibus, & præsertim pro absentibus ad solutionem emolumentorum, pro expeditionibus, magis vero pro registris, vel extractibus, in quibus quæstiones cadere solent, cum pro causarum qualitate, notabiles summas importent; Huiusmodi autem quæstionum decisio, non de facili certam habet regulam generalē, cum pendeat à singulorum casuum circumstantijs, & à stylo currenti, qui per reformationes, vel nouas prouisiones variari solet.

Omnium vero emolumentorum taxa, distinctè præfinita habetur in Constitutionibus Pij IV. & Pauli V. cīmanatis super reformatione Tribunalium, alijsue decretis, & prouisionibus, adeo ut desit occasio extorsionum.

Super huiusmodi autem Notariorum fide, aliqua insinuantur in sede iudiciorum, agendo de Notario in genere; Ac etiam de fide instrumentorum, & de sententia B; Nec non supra agendo præfertim de Tribunalis Auditoris Cameræ C, insinuantur magna fides que de Notariis habetur per iudices, subscribendo

multas paginas in albo; Et tamen praxis docet fidei obseruantiam, neque de facilis eius violationes audiuntur.

Omnia ista officia sunt venalia, sed diuersæ naturæ, vel pertinentia; Quoniam, Alia sunt vacabilia seu vitalitia, ad dispositionem Papæ, vnde propterea venduntur per organum Dataria, eaque sunt personalia, seu vacabilia; Alia pariter vacabilia, pertinentia ad alios magistratus; Et Capitolina pertinent ad ærarium seu Cameram populi, sed sub diuersa natura, quod scilicet non sunt vacabilia, sed transitoria ad hæredes; Et aliqua pertinent ad loca pia, ut præsertim est officium Notarij Criminalis Gubernatoris, quod pertinet ad plures insinuantam Archicōfraternitatē Charitatis; Et alterum criminale Capitoli pertinet ad Archiconfraternitatē Annuntiatæ; Atq; aliqua officia huiusmodi emi solent per viros nobiles, pro sola ratione emolumentorum, cujus iure illa transmittendi ad hæredes vel respetu ad vitam tantum, vnde propterea, per officij dominum conceduntur alicui Notario approbato, per Magistratum, ad quæ pertinet, in appaltus, vel in administrationem ad annum, siue ad aliud præfinitū tempus; Ad instar eorum quæ, extra Curiam, fere ubiq; p. ælertim promotoribus Italiæ, habentur de cancellariis Gubernatorum, aliorumque officiū locū, Arque de his occasione particularium controversiarum, agitur in sede regalium, vbi plura ad materiam huiusmodi Notariorum Vrbis habentur. D

Curiam forensim, alia quoque negotia percutiunt, que in hac relatione, sub silentio remanent, ut ipso extra propriam sphera, ideoque de ijs agere nō conceditur; Ut sunt, causæ criminales, earumque processus, & condemnations, tam veræ, quam contumaciales, cum distinctione processuum, unius scilicet informativi, seu offensiui, & alterius defensivi; Ac etiam super condemnationis executione & praxi, tam in personis, quam in bonis occasione eorum publicationis, vel multatarum.

Ac etiam sunt processus, qui sunt, super beatificationibus, & canonizationibus

P. 2. Relat.

L 1 bus

D. sit. de Regal. disc. 7. cum plur. seqq. disc. 17. & 21: in alijs.

bus, vel cultu aliquorum seruorum Dei, ob martyrium pro fide, vel ob virtutes; Sed quoniam (vt præmissum est), vel genium, vel aliorum generum causarum, & negotiorum occupationes, non permisereunt huiusmodi negotijs vacare; Idcirco alijs, qui in eis melius versati sint, reservatur suppletio, nisi eam maius otium, vel occasio permittat perficere in supplemento.

Provt sub silentio remanentea, quæ, alias diuersas, initio insinuatas Curiæ species percutiunt; Ceremonialem scilicet in cappellis, & in processionibus, & in equitationibus, alijsque pontificijs functionibus; Et præsertim in illis maioribus, magisque solemnibus Canonizationis Sanctorum; Coronationis Papæ, & Imperatoris; Receptionis Regū, & Principum, vel eorum magis solemnium Oratorum obedientiæ, cum similibus; Ac etiam in ijs, quæ concernunt Curiam aulicam, super ordine scilicet Aulicorum, in seruitio Papæ, & Cardinalium, ac Oratorum, & Principum, seu Magnatum.

Aliaquæ Curiæ species est politica, tam super negotiationibus, quæ concer-  
nant utrumque principatum, ecclesiasticum, & temporale, super modo tenen-  
do cum Regibus, & Principibus, præ-  
sertim ijs, qui sint inter se inimici, vel  
æmuli pro conseruatione illius neutrali-  
tatis, & æqualis bencvolentiaz, quam-

decer, vt summus Pontifex, tanquam communis pater habeat, atque ita magis oportunum sit instrumentum ad pacem, in eundam, atque bellorum & inimicitiarum compositionem; Quam etiam circa conseruationem propriæ existimationis, vt oportunè incuti valeat ille timor, qui iuxta nostrorum temporum magis corruptos mores, potius operatius esse solet, quam amor, seu stimulus reli-  
gionis, ac pietatis.

Eamdemque Curiam politicam respi-  
ciunt, factionariæ divisiones Cardinalium; eorumq; adhesiones, & dependentiæ cum Regibus, et Principibus tam super electione Pontificis, quam super alijs grauioribus negotijs; Siue super nouis Cardinalium promotionibus, & præsertim ad commendationem Regum, & Principum; Aut super deputationibus, Nuntiorum, & Legatorum ad ipsos Re-  
ges, & Principes cum similibus; Hæc etenim, politicam potius, quam forensem. Curiam percutientia, extra spheram sunt viri forensis, qui in legalibus, mereque judicialibus negotijs in Curia sit versatus; Et quādo etiam facultas esset de his quoq; forsan non obscurè agere; Adhuc tamen prudentiæ leges prohibent; Ideoque alijs, qui in his magis se veratos, atq; peritos credunt, suppleant, cum hæc, pro aliqua notitia Curiæ forensis, de qua solū agere munus assumptum est, insinuasse videatur satis.

